



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

I. Die Markgrafen Johann und Otto treffen Bestimmungen über das neuerrichtete Kaufhaus und die Gewandschneider-Jnnung in Salzwedel, am 28. Mai 1233.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

X.

Stadt Salzwedel.

- I. Die Markgrafen Johann und Otto treffen Bestimmungen über das neuerrichtete Kaufhaus und die Gewandschneider-Zunft in Salzwedel, am 28. Mai 1233.

Johannes, Dei gracia Marchio Brandenburgensis, et Otto, frater ejus, universis in Saltwedele salutem et omne bonum. Acta presentis temporis deperire solent in futurum, nisi firmentur debito subsidio literarum. Ea propter notum facimus tam presentibus quam futuris, quod nos, habito consilio nostrorum hominum fidelium et prudentium, ad emendacionem civitatis nostre Saltwedel statuimus et statuendo mandamus, ut nullus in eadem civitate nostra inhabitantium pannum incidere presumat, nisi in domo communi et venali, nunc de novo ad communes usus constructa, pannum uendat et incidat, et etiam fraternitatem ghilde super hoc habeat et obseruet. Quod ut ratum et stabile perseveret, presentem paginam inde conscribi et sigilli nostri appensione iussimus communiri. Presentibus domino Hinrico de Stendal et Teghenardo, aduocato, et Burgenlibus nostris de saltwedel, Gotberto, Hinrico de Alim, Bertoldo de Puteo (sode), Wolterero Sartori, et Guntrammo, scriptore nostro, Canonico in Stendal. Actum anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XXXIII<sup>o</sup>., quinto Kalend. Junii.

Nach dem Originale des Salzwed. Archives XIV, 1.

- II. Bischof Luder von Verden und die Markgrafen Johann und Otto stiften bei Salzwedel und Berwer das Hospital zum heiligen Geist, vor 1241.

Luderus, dei gratia Verdenensis ecclesie Episcopus, universis presentem paginam inspecturis salutem in eo, qui est salus omnium. I. et O., dei gratia Marchiones Brandenburgensis, omnibus presentem literam inspecturis notum esse volumus, quod nos ad honorem dei omnipotentis, ad dilecte quoque matris nostre et uxorum nostrarum petitionis instantiam, piis earum precibus superne vite accensi desiderio annuere cupientes, ad promotionem nichilominus Cappellani